

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - X \[121\] : De Europa](#)

## **Mythologia, Francfort, 1581 - X [121] : De Europa**

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII**

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 24 : De Europe](#)  *a pour résumé ce document*

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X**

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[121\] : D'Europe](#)  *est une transformation de ce document*

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X**

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[121\] : D'Europe](#)  *est une traduction de ce document*

---

## **Informations sur la notice**

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## **Présentation du document**

Publication Francfort, André Wechel, 1581

Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Format in-8

langue(s) Latin

Pagination p. 1068

## **Des dieux, des monstres et des humains**

Entités mythologiques et historiques [Europe](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 28/04/2023

---

*De Europa.*

Memoriae prodiderunt antiqui Iouem sub tauri forma Europam rapuisse ac vitiasse, ut ostenderent quam decora sit moderatio in omnibus illecebris voluptatum, quippe cum tanta sit vis libidinis, nisi quis sibi à turpibus temperet, ut coegerit vel Iouem ipsum turpissimum fieri animal & propè in Venetem furibundum.

*De Penelope.*

Penelopes exemplo nimirum ceterarum foeminarum virtutes excitabantur, & continentia, & patientia in rebus difficilimis, & conservatio rerum domesticarum, & in omnibus demiq; prudentia: quam idcirco Ulyssis siue rationis uxorem fixerunt. est enim multo difficilius animum bene temperantia & virtute cõmunitum expugnare, siue ad aliquã turpitudinem impellere, quàm sit expugnare Troiam. quare fixerunt ipsam urbem decennium pertulisse obsidionem, & Penelopen neq; per viginti quidem annos expugnari potuisse. hanc igitur tanquam singulare exemplar virtutum omnium multis præconijs antiqui celebrarunt ad imitandum: cum multis artibus & vanis pollicitationibus procos fefellerit, quos tamen vi domo eijcere nullo pacto poterat, vel si voluisset.

*De Andromeda.*

Per Andromedam verò adhortabantur posteror antiqui ad pietatem, animiq; moderationem, cum omnia quæ habemus bona sint à clementia & bonitate Dei immortalis accepta, quæ quidem data sunt ad nostram, ceterorumque hominum commoditatem, at non ad opprimendos imbecilliores. Quod si quis ob aliquam præstantiam nimis elatus fuerit, nimisq; arroganter illa utatur, huius vindicem esse eundem Deum mox sentit, cum numen vel illi ipsi arroganti, vel posteris adimat, quod benignè concesserat. atq; propter regum vel maiorum grauissima peccata, vel totæ urbes aliquando, vel totæ familiæ funditus euertuntur.

*De Ulyssæ.*

Ulyssæ autem, tanquam effigiem & picturam in qua cernerentur humanæ vitæ perturbationes, introduxerunt antiqui. nam cum ex altera parte difficultates & labores, ex altera voluptates ac suauitates nos circumstant, sicuti dictum est cum de Scylla loqueremur, is demum solus sapiens existimandus est,